



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXIV. De clerico venatore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

XXIV. De clerico venatore.

IN clericis autem speciale est, ut sint clericorum quaedam propria dicta; quorum primum est venatio, id est, ferarum bestiarum, aut volucrum canibus & avibus persecutio. *c. 1. & Sup. ne cler. vel monach. c. 1. & dist. 34. c. 2. 3. 4.* §. Quod ab poenam attinet, Episcopus tribus mensibus, presbyter duobus mensibus a communione, diaconus ab omni officio suspenditur. *cap. 1.* §. Nota piscationem clericis concedi. *Sup. de fer. c. 3.* quia multi fuerunt sancti piscatores, nullos autem sanctos legimus fuisse venatores. *dist. 86. c. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12.*

XXV. De clerico percussore.

SECUNDUM clericorum delictum est percussio. Cuius poena est suspensio ab officio, & nisi monitus se corrigat, degradatio. *cap. 1.* §. Percussionem intellige corporalem & proprie dictam. Alia est percussio spiritualis, cum doctor sermone inutili conscientiam infirmorum percutit. *dist. 45. c. ult.*

XXVI. De clerico maledico.

Sic inscribitur hic titulus in quibusdam libris.

k 4